UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Basso et Antonino et socijs martyribus. Cap[itulum]. cxxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

fuiſſet illatū: hoc maximū lucrū putabat. Hunc
cum dies mortis egredi de corpore vrgeret cō-
uenerunt multi: vt tam ſancte aīe de mūdo rece
denti ſuas aīas cōmendarent. Quorū alij circa
eius lectulū conſiſtētes corporeis oculis ange-
los ingrediētes viderūt: ſed dicere quicꝙ nō po
tuerūt: alij oīno nil viderūt. Et hi ergo qui vi-
derant: ⁊ qui nil penitꝰ cōſpexerāt: vno oēs ti-
more ꝑcuſſi fugierūt: nullusqꝫ illic aſſiſtere eo
moriēte potuit: vt palā dareť intelligi: que illa
egrediēs ſcrā aīa ſuſciperet: cuius egreſſuꝫ ne
mo mortaliū ferre potuiſſet. Hec gregorius.

❡ De ſctō Valētino epō ⁊ martyre. Cap. cxxij.

VAlentinus epūs ichty-
rañ. ī vrbe ro
ma martyrium paſſus eſt. Nam
cū cratō quidā ciuis athenieñ.
orator cōſpicuus grece ⁊ latine
lingue peritꝰ Rome clarus ha-
beretur: treſqꝫ haberet diſcipulos cōciues no-
biles athenieñ. ſcilicet proculū phebū ⁊ apollo
niū ſecū in vrbe perorātes: contigit filiū eius
ceremonē tanta egritudine per trienniū detine
ri: vt incuruatus dorſo caput circa genua defle
xum teneret: ⁊ niſi portareť ab alijs ſe oīno mo
uere nō poſſet. Cū autē nullus medicorū eideꝫ
ſubuenire potuiſſet: extitit quidā tribunꝰ fron
tonius: qui germanā ſuā aſſeruit per quendam
valentinū ichtyrañ. epm a ſimili paſſione libe-
ratā. Quē craton ꝑ quoſdā nobiles amicos ſu-
os ad ſe romā accerſiuit: ⁊ vt filiū ſuū ſanaret
ſicut ⁊ germanā tribuni ſanauerat inſtātiꝰ ſup
plicauit. Promittens ei dimidiū ſuarū facultā
tum: ſi filiū ſuū redderet ſibi ſanū. Sanctus xo
eius diuitias contēpſit: ſed pauperibus dan-
das perſuaſit: nihilqꝫ aliud ab eo petijt: niſi vt
in xpm crederet: ⁊ filius eius ſalutē ꝑciperet.
Qui dū ſe cū omni familia ⁊ tribus eius diſci-
pulis fidē xpi percepturos ꝓmitteret: ſi filium
eius curaret: ingreſſus valētinus cū filio crato
nis cubiculū: tota nocte in oratiōe ꝑſeuerauit.
Et circa mediā noctē ſubito lux maxima in cu-
biculo effulſit: ⁊ ceremon ſanatus cū epō pſalle
re cepit. Et facto mane valentinus puerū patri
erectū reſtituit atqꝫ cratonē cum vxore et filio
⁊ omni eius familia: necnō proculū phebum ⁊
apolloniū baptizauit: ⁊ in fide diligēter inſtru-
xit. Ceremō aūt diſcipulus eius effectus epm
predicantē ſequebať. ❡ Cū aūt prefati crato-
nis diſcipuli xpm predicando multos conuer-
terēt: ⁊ valentinus epūs plurima miraculorū ſi
gna faceret: ſenatores romani inuidia accenſi
eo ꝙ ꝓpter iſtos multi deorū cultū deſerebāt:
valentinū epiſcopū detineri fecerunt: ⁊ virgis
ceſuꝫ eo ꝙ ſacrificare nollet placido vrbis pre
fecto tradiderunt. Qui ipm in arta cuſtodia re
cluſit: ⁊ media nocte populum timens illum in
ipo carcere decollari fecit. Cuius corpus pro-
culus phebus ⁊ apollonius noctu rapuerunt: ⁊
ad ciuitatem ichtyraneñ. deferentes in ſubur-
baio ciuitatis honeſte ſepulture tradiderunt:
vbi cum in dei laudibus iugiter perſiſterent tē
tia gentilibus traditi ſunt licentio conſulari.
Qui ſciens eos a multis populorū inſignibꝰ di
lectos: noctis medio iuſſit eos ſibi preſentari:
⁊ immolare dijs recuſantes capitali ſententia
clādeſtine puniri. Statimqꝫ de ciuitate illa di-
ſceſſit: ⁊ quo abiret nemini reuelauit. Quorum
corpa a quodā abundio preſbytero iuxta corpꝰ
ſancti Valentini tumulata fuerunt. Paſſio ho-
rum recolitur decimoſexto kalendas martij.

❡ De ſancto Valentino preſbytero
et martyre Cap. cxxiij.

VAlentinus preſbyter et
martyr. Ro-
me paſſus eſt ſub claudio impe
ratore. Quē imperator de chri-
ſtianitate accuſatū teneri fecit
in vinculis duobꝰ diebꝰ. Dein-
de ſibi in amphitheatro pñtatū
interrogauit: cur deos nō adoraret. Sctūs xo
chriſti fidem conſtanter multis rationibus ve-
riſſimam comprobauit ⁊ omnes deos gentium
confutauit: in tantum vt imperator ipm de ſa-
pientia cōmendaret. Verum dum calphurnius
prefectus aſſiſtens claudio diceret imperatorē
ſeductū: timens imperator populi aſtantis cō-
fuſionem animo immutatus valentinum tradi
dit aſterio principi: vt eum in domum ſuam ad
ductum patienter tractaret: ⁊ ipm ad deorū ſa-
crificia ſuaderet. Cum autem ſanctus domum
principis introiſſet: et chriſtum lumen verum
inuocaſſet: vt domum aſterij illuminaret: dixit
ei aſterius: ꝙ quia chriſtum lumen appellaue-
rat ſi filiam eius adoptiuam cecam illuminare
in chriſti nomine poſſet: ipe cum omni eius fa-
milia chriſto crederet. Sanctus autem preſ-
byter oratione facta puellaꝫ illuminauit ⁊ aſte
rium cum omni domo ſua ⁊ filia conuertit ⁊ ba
ptizauit. Que cum audiſſet claudius iuſſit aſte
rium ⁊ puellam atqꝫ omnem eius familiam te-
neri: ipſoſqꝫ cunctos ad ciuitatem oſtiā miſſos
per diuerſa tormēta vita preſente priuari. Sā
ctum xo valentinum iuſſit fuſtibus cedi: ⁊ con
fitentem chriſtum via flaminia adductum capi
te truncari. Cuius corporis a quadam matro-
na ſauinella collectum in eodē loco ſepultum
eſt. xv kalendas martij.

❡ De ſanctis Baſſo et Antonino
et ſocijs martyribus. Cap. cxxiiij.

BAſſus: antonius: ꝓ-
tolicus: tyrion preſbyter: moyſes:
baſſianus: agathon: dionyſius et
amonius apud alexandriam paſſi
ſunt. Quorum baſſus: antoninus
⁊ protolicus pro chriſti nominis cōfeſſione in
mare demerſi ſunt. Tyriō xo preſbyter: moyſes

baſſianus ⁊ agathon igne cōbuſti fuerunt. Dio
nyſius autem ⁊ amonius gladio cedente paſ-
ſionem conſumauerunt. xvi. kalendas martij.
Hec hieronymus in martylogio.

De ſancto Siſinnio epiſcopo. Cap. cxxv.

SJſinnius epiſcopꝰ
thaſineñ. q̄ ciuitas eſt ꝓpe ephe-
ſum ⁊ vocatur thaus apud ipſam
vrbem claruit. Hic eutiryo ⁊ eu-
tirya nobilibꝰ parētibus ſmyrne
ciuitatis ortus eſt. quorū precibus a deo obtē-
tus eſt. cum prius prole carerent: ⁊ gratia ſuſci
piende ſobolis eccleſiam beati iohannis euan-
geliſte apud epheſum ſepius cum oblationibꝰ
viſitarent. Qui dū infans adhuc vbera matris
lamberet: quarta ſexta feria et ſabbato ſemel
tm̄ in die mām̄illas ſuggebat. Cum autē eſſet
annorū octo a patre liberalibus diſciplinis im
buendus traditur ⁊ in eius breui tēpore perfe
ctus eruditur. Die quadā miſſus a patre vt
blada ſubiectis ſibi gentibus diſpenſaret: totū
triticum pauperibus erogauit: quod pater au-
diens moleſte tulit: ad ſuggeſtionē tamen filij
ad horrea que prius ille vacuauerat proceſſit: ⁊
ea oīa decoro ⁊ nouo frumento repleta diuini-
tus inuenit. Mortuo vō epiſcopo thauſineñ.
theodorus epiſcopus epheſinus metropolita-
nus ipſius diuina reuelatione eidē ciuitati ſiſin
nium licet ſatis recuſantem cū adhuc eſſet an
norū viginti in epiſcopū prefecit. Qui gregem
dn̄icum ſibi cōmiſſum verbis ⁊ exemplis ſolici
te paſcere curauit. Cū quidā leontiꝰ preſby
ter per annos octo loquelā amiſiſſet: ſiſinnius
ei in xp̄i nomine mandauit: vt die natalis dn̄i
tunc de proximo futuro miſſā populo celebra
ret: quod ⁊ ille adimpleuit: loquela ſibi exinde
plenius reſtituta. Poſt hec ſiſinnius filiū mu
lieris vidue ab annis. xiiij. maligno vexatū ſpi
ritu: poſt triduanū ieiuniū ⁊ orationē ac vigili-
as tribus diebus in eccleſia celebratas a demo
nio liberauit. Sed dū per annos. xxxiiij. ec-
cleſiam ſuam feliciter gubernaſſet die quadam
hora ſexta eo celebrante audita eſt vox de celis
eum ad celeſtia vocans. Qui omni clero ⁊ po-
pulo conuocato: ⁊ in domino confortato: ea die
qua poſtmodum deceſſit ſe ad dominū migra-
turū ꝑdixit: ⁊ vt predixerat: ſic euenit. Quieuit
nanq̧ in pace. xvi. kalendas martij. Cuius cor
pus in eccleſia ſancti iohānis euāgeliſte apud
epheſum prout ipſe iuſſerat delatum: ibiq̧ con-
digna veneratione tumulatum ſeruatur.

De ſancto Cratone martyre. Cap. cxxvi.

CRaton martyr ciuis
athenienſis orator inſignis Rome
paſſus eſt. Cuius cum filium cere-
monem contractum ſanctus Valē-
tinus epiſcopus ſanaſſet: vt dictum eſt in eius
paſſione. xvi. kalē. martij. cōuerſus eſt ad xp̄m
craton cum filio ⁊ omni familia ſua: et ab eodē
epiſcopo baptizati ſunt. Poſtq̄ vō valentinus
epiſcopus paſſus eſt. Craton etiam a ſenatu ro
mano ex inuidia detentus ⁊ eorū ſententia de-
collatus eſt. Cuius corpus ceremon filius ſe-
peliuit in predio ſuo. xv. kalendas martij. Qui
poſt patris martyriū in ſanctis operibus xp̄o
deſeruiens: ⁊ ipſe poſt tempus aliquod lauda-
biliter ex hac vita deceſſit.

De ſanctis Fauſtino ⁊ Jouita
martyribus. Cap. cxxvij.

FAuſtinus ⁊
iouita martyres a-
pud ciuitatem bri-
xie paſſi ſunt ſub
adriano imperatore. Quorū
prior in preſbyterum: ſecun-
dus vō in diaconum in ciui-
tate mediolaneñ a ſancto a-
pollonio epiſcopo ordinati:
apud brixiam chriſtum do-
minum predicabant. Quos imperator adria-
nus ipſam vrbem ingreſſus cōprehendi fecit: ⁊
ſacrificare nolentes in equuleo leuari ⁊ torque
ri iuſſit. Qui cū ex equuleo ſoluti ante capito-
lium ſtarent illeſi: vnus de miniſtris nomine ca
locerus conuerſus eſt: et magnum deum chri-
ſtianorum clamare cepit. Quem adrianus ex-
tra capitolium eijci fecit: fauſtinum vō et iouī
tam in ergaſtulo concludi. Ad quos viſendos
chriſtus noctu veniens cum luce nimia confor
tauit eos. Cunq̧ hec cuſtodes carceris caloce-
ro nunciaſſent venit ille ad oſtium carceris: et
viſionem vidit: atq̧ a domino exhortationem
accepit: ipſe vō cuſtodibus fidem chriſti predi
cauit: et eos ipſa nocte conuertit. Et cum a ſan
ctis martyribus omnes ſtantes ante ianuam
carceris baptiſmum expeterent: angelus do-
mini eduxit ſanctos ianuis clauſis: qui calo-
cerum cum militibus ad ſanctum apollonium
adduxerunt. Illeq̧ ipſos baptizauit hora qua
ſi. xij. Et cum altare non haberent: in quo domi
nicum corpus cōficerent: ſubito apparuit qua-
ſi lintheamen niueum extenſum habēs corpus
domini inuolutū cū quattuor luminaribus ac-
cenſis. Sicq̧ omnes ſacrā euchariſtiā ſumpſe
rūt. Deinde ab angelo ↄfortati ſunt. Qui ⁊ ſan
ctos martyres in carcerē reduxit: ⁊ cum eis ca
locerū ⁊ eius milites clauſis ianuis ⁊ ſignatis
intromiſit. Mane aūt facto cū hec adrianꝰ vi-
diſſet: ⁊ qꝛ calocerꝰ cū eiꝰ officio intra carcerē
ianuis clauſis itroiſſet. Iratus oēs milites il
los ante ſe adduci precepit: ⁊ eos oēs xp̄m cō-
fitentes decollari mandauit. Calocerū vō fau-
ſtinum ⁊ iouitam ſecum vinctos mediolanū ad
duxit. Quos ſacrificare nolētes ī equuleo leua
tos diu mādauit torqueri: deinde lampades ar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN